THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

libenter ingreditur / et in cor-
dibus libentissime commo-
ratur. Qui autem pallidas
habent facies / hii sunt qui
non perfecte credunt esse sub specie
panis et vini corpus et san-
guinem ihesu christi / et ideo pu-
rum panem accipiunt / de quo
nullam gratiam habebunt / ymmo
infidelitatis noxam perpetuo
in gehenna puniendam in-
currunt. Qui et nigras
habent facies / hii sunt qui
per veram contritionem confes-
sionem et satisfactionem a
sordibus viciorum abluti non
sunt / et ideo buffonem id est ver-
mem eterne dampnationis in cor-
pore christi veraciter accipiunt.

De latrone per stolam decollato. xxvi. :–

Sacerdos quidam venera-
bilis / sicut refert Rab-
banus in libro de sacramen-
tis. sedens in equo cum eucha-
ristia et oleo ad infirmum
properabat / cui latro quidam
occurrens / et manus ne-
farias in eum mittens spa-
tonem ei auferre cupiebat.
Quem presbiter increpans
dixit / fili dyaboli. quis
te docuit manus mittere
in christos dei. Cur non dedi-
sti honorem deo tuo quem me-
cum habeo / et ecclesiasticis sa-
cramentis. Cumque hoc
latro audiret contempneret
et caput inclinaret ut fre-
num apprehenderet / sacer-
dos evadere volens ma-
nus eius / hinc inde se
movit. et cum stolam sanctam
circa collum haberet / casu con-
tigit. ut cum eadem stola col-
lum tangeret latronis /
et ita pertinens miro dei iu-
dicio / cum stola eum decolla-
vit / ac si cum optimo ma-
teriali gladio hoc fecisset.
Quod sacerdos cernens
timuit et ab officio se ip-
sum suspendit. Episcopus autem
suus vir sanctus hoc intelli-
gens / et rei geste ordinem
sciens / precepit ei ut suum
officium exerceret / quia
illa terribile decollatione
non humana commotio / sed
divina ultio perpetravit /
ad terrorem utique illorum qui
manus sacrilegas in
christi ministros mittere
non verentur / qui ho-
norem debitum non impen-
dunt ecclesiasticis sacramentis.